

IN COMMVNES CONCLVSIO-
NES ANTONII GABRIELII ROMANI
SACRAE AVLAE CONSISTORIALIS ADVO-
catorum Decani, ac filici Apostolici
Aduocati, Marij Gabrielij
Epistola:

AD ILLVSTRISSIMVM ET REVEREN-
dissimum Alexand. Farnes. S. R. E. Cardinalem
amplissimum, ac Vicecancelarium
dignissimum.



EMO est, qui ignoret, Pater amplissime, omnes, qui adhuc sua scripta in lucem edere, ac posteritati consecrare voluerunt, diu summis laboribus, & vigilijs elaborasse, ut qua in omnium conspectum essent proditura, cum ea quidem plurimorum iudicium subire deberent, ita omni ex parte vnicuique non solum ingenio & eruditione illustrata, ac optimo ordine disposita, & accommodata apparerent: sed etiam elegantia verborum, gravitateque sententiarum ornata, ac omnibus quidem numeris perfecta, & absoluta conficerentur: Ita enim fit, ut, qua in lucem prodierint, omnium quidem iudicio facile probentur, &

autores suorum laborum, ac vigiliarum debitam, ac perpetuam laudem consequantur. Non possum igitur non vehementer dolere, temporum malitia in eum locum me adductum, ut quaedam Antonij Gabrielij Patris mei, in iure Civili domestica Commentaria, ab eo currenti calamo ad privatam solum commoditatem conscripta, inemptitini in lucem proferre sim coactus: qua cum non alia quidem de causa ab ipso in hunc ordinem fuerint redacta, nisi ut ea facilius memoria retineret, qua frequentius is temporibus in usu, ac strensi exercitatione versaretur, merito memorialia appellabantur, prout etiam multis in locis in libro sub conscripto nomine Portij Smolensis per vulgato scriptum videmus. Quam igitur ab omni usu, ac ratione alienum sit, ea in communem usum proferre, qua tantummodo ad privatam utilitatem sunt instituta, nemo est, qui non videat, in ijs enim multa quidem desiderari necesse est, qua tum ad perfectam eruditionem, tum etiam ad ornatum, & elegantiam verborum maxime sunt necessaria. Inaque cum in hoc libro quamplurima sint, qua potius inchoata, & adumbrata, quam absoluta & perfecta dici possunt, facile ex eo vniuscuique intelliget, autorem nil minus unquam cogitasse, quam, ut huiusmodi scripta omnibus prorsus ornamentis denudata, ante oculos hominum proponerentur. Eo magis etiam ab hac editione mihi abstinendum esse perpiciebam, cum post patris mei obitum, multa quidem à Doctissimis viris conscripta, & in lucem edita sint de ijsdem rebus in hoc etiam volumine contentis, qua cum sint omni studio & diligentia elaborata, multo elegantius & copiosius ab ipsis etiam videntur scripta & explicata: absurdum enim esse arbitror, ea ipsa postea divulgare, qua iam pridem ab alijs ita essent pertractata, ut nec magis ornate scribi, nec uberius vel diffusius à quouis disputari possent. In qua quidem sententia eo mihi magis permanendum esse existimabam, cum animaduertirem omnia, qua in hoc volumine scripta continerentur, ab unoquoque magis laboriosa, quam subtilia, aduocari posse: nihil enim in eo habetur, nisi de unaquaque re omnes, & singula Iurisperitorum opiniones, nudas, ac simplicibus verbis quamobremis recitata. Non mediocriter etiam me commouebat, cum viderem auctoritates Iurisperitorum in hoc libro secundum antiquas editiones esse citatas, qua res non modicam difficultatem Lectoribus in Doctorum sententis reperendis esse adactura, cum iam diu alia longe commodiora extant, quibus ita antiquae sunt obsoletae, ut vix quidem is temporibus illarum vestigia appareant. Postquam autem librum hunc fecit in aeger impressum per legem, maiorem animo cepi dolorem: quamplurima enim, & penè infinita in eo loca perspecta (& non quidem leuia) Typographorum inscitia, & negligentia non solum corrupta, sed sapissime etiam mutilata, & penitus deprauata, qua iam Lectorum aures offendunt, ut ex illis quidem verbis nihil prorsus intelligi, vel percipi possit: Qua omnia eo quidem videbantur perire, ut existimarem honori, ac fama Patris mei magis consultum erit si haec familiaria Commentaria, licet à plurimis maxime desiderio exoptata, suppresserem, ac domi continerem, quam si ea publici monumentis mandarem: Saepe enim ita factum esse memineram, multa scripta, dum adhuc penes suos Auctores custodirentur, magnam sui expectationem concitasse, sed perfecta tandem, & in publicum edita, longe minorem famam expectatione reperisse, sed noui & importuni casus maxime me à proposito, & suscepta huius institui ratione renouauit. Nam superioribus annis paucis ante mensibus, quam Pater ex hac vita migraret, Famulus quidam Barbarus, cuius opera ipse in scribendo vix consueuerat, multa etiam ex his Commentarijs transcripsit, eaque post eius mortem pluribus tum Romae, quorum in numero fuit Caesar Cortardus, vir in hac Iuris scientia apprime doctus, & eruditus, tum etiam per varia Italia loca quamplurimis exiguo pretio tradidit, tandem Patavium perueniens, Iacobo Philippo Portio Smolensi ibi suo Pontificum publice interpretanti non minorem partem huius patris laboris, recepta mercede similiter condonauit: Quae quidem scripta usque ad eius obitum diligenter ab ipso domi custodita, & asseruata fuerunt: At eo mortuo Heredes, iisdem ipsi Commentarijs inter alia Portij monumenta reperitis, opinati illa ab ipso Portio elucubrata fuisse, iusto errore ducti, eam Commentarij partem, ut se habebat, nulla interposita mora eiusdem Portij nomine librarijs describendam, ac divulgandam tradiderunt. Id autem ut caderet, praecipue commissum est Portij morte, qui singulari bonitate, & integritate praeditus, haud quaquam vdo unquam



INDEX RUBRICARVM QVAE COLLIGITUR IN HOC VOLUMINE CONTINENTVR.

663

Primus liber, probatoriam materiam continens, subseque[n]tes
Rubricas complectitur.

<i>De Probationibus.</i>	folio 929
<i>De Praesumptionibus.</i>	fol. 953
<i>De testibus.</i>	fol. 984
<i>De Confessis.</i>	fol. 1030
<i>De fide instrumentorum.</i>	fol. 1039

Secundus liber, iudiciariam materiam explicans, has Rubricas concipit.

<i>De Iudicijs.</i>	fol. 1049
<i>De Arbitris.</i>	fol. 1070
<i>De Actionibus.</i>	fol. 1077
<i>De Exceptionibus.</i>	fol. 1069
<i>De Citationibus.</i>	fol. 1073
<i>De Dilationibus.</i>	fol. 1087
<i>De Minoribus.</i>	fol. 1112
<i>De in integrum Restitutione.</i>	fol. 1118
<i>De Iureiurando.</i>	fol. 1119
<i>De Procuratoribus.</i>	fol. 1132
<i>De Sententijs.</i>	fol. 1139
<i>De Appellationibus.</i>	fol. 1161
<i>De Executione rei iudicatae.</i>	fol. 1167
<i>De Expansis.</i>	fol. 1173

Tertius liber, Contractuum materiam comprehendens,
proximas Rubricas subiungit.

<i>De iure Emphyteutico.</i>	fol. 1176
<i>De Feudis.</i>	fol. 1183
<i>De Pactis.</i>	fol. 1185
<i>De Transactionibus.</i>	fol. 1188
<i>De Verborum obligacionibus.</i>	fol. 1192
<i>De Solucionibus.</i>	fol. 1203
<i>De Nouacionibus.</i>	fol. 1217
<i>De Fideiusoribus.</i>	fol. 1222
<i>De Rebus creditis.</i>	fol. 1231
<i>De iure quae sita non tollendo.</i>	fol. 1233
<i>De Donationibus.</i>	fol. 1247
<i>De Rerum alienatione.</i>	fol. 1263
<i>De Pignoribus & Hypothecis.</i>	fol. 1261
<i>De Emptione & Venditione.</i>	fol. 1266
<i>De Locatione & Conductione.</i>	fol. 1279
<i>De Iure Dotium.</i>	fol. 1281
<i>De Secundis Nuptijs.</i>	fol. 1290

Quartus liber Vltimarum Voluntatum materiam pertractans
has habet Rubricas.

<i>De Testamentis.</i>	fol. 1304
<i>De Heredibus instituendis.</i>	fol. 1313
<i>De Substitutionibus.</i>	fol. 1321
<i>De Legatis.</i>	fol. 1331
<i>De Fideicommissis.</i>	fol. 1334
<i>Ad Trebellianum.</i>	fol. 1357
<i>De Successionibus ab intestato.</i>	fol. 1367

ANTONII GABRIELII ROMANI
COLLEGII SACRAE AVLAE CONSI-
STORIALIS, ADVOCATORVM DE-
cani, ac fisci Apostolici
Aduocati,

Conclusionum seu Regularum, Liber Primus.

In quo habentur Conclusiones ad materiam probatoriam pertinentes.

DE PROBATIONIBVS CONCLUSIO I

ARGVMENTVM.

Probationes imperfectae iunguntur ad faciendam plenam probationem.



ST vulgare dictum, quod quae non prosunt singula, iuncta iurant, & quod plures imperfectae probationes iunguntur ad faciendam plenam, & perfectam probationem, vt notat. gloss. in l. ij. ff. de excusat. tutor. in verbo, legitimis,

& in capit. cum causam. de probat. gloss. in capitul. veniens. el primo. in gloss. in verbo illorum. de testi. & gloss. in l. instrumenta. C. de probationibus. Bartol. in l. admonendi. ff. de iureiurando. Din. & Bartol. in dict. l. ij. §. primo. ff. de excusat. tut. & Bartol. in l. prima. §. idem Cornelio. ff. de quest. Petr. Anch. in consilio cclxxvj. Bartol. in l. spadonem. §. qui iura. ff. de excusat. tutor. in l. si quis ex argentariis. §. primo. ff. de edend. Anto. de Butr. in capit. veniens. el primo. in fin. de test. Abb. in capit. cum causam. de test. & in capit. cum dilectus. nume. 17. de success. ab intesta. Alexand. in l. admonendi. ff. de iureiurando. & in consilio xx. volum. iij. Anto. de Butr. in capit. fin. versic. sed est dubium. de iureiurando. Salyc. in l. bonae fidei. versic. visis. C. de iureiurando. in ix. opposi. Alexand. in consilio liij. volum. primo. Ias. in repetitio. l. admonendi. ff. de iureiurando. Albert. de Rosar. in l. instrumenta. C. de probat. Bald. in l. prima. C. qui num. tut. Calca. in consilio viij. Casan. in consilio xiiij. Caccialup. in repetit. dict. l. admonendi. nume. 154. & 157. Barbat. in dict. capitul. cum dilectus. de success. ab intesta. Salyc. in dict. l. admonendi. Bald. in l. per hanc. C. de temp. appellat. Imola in conf. cxxxvij. Barbat. in Rubrica de Probat. & Innocent. in capit. fin. de success. ab intesta.

Contrarium Bald. in Rubr. de probat. in Decret.

PRIMO ex hoc dicto, generaliter inferitur, quod vnus testis de veritate facti, coniungitur cum semiplena probatione alterius generis, Bald. in l. spadonem. §. qui iura. ff. de excusat. tutor. Petrus de Anch. in consilio cclxxvj. Alexand. in consilio xx. volum. iij.

Secundo ex regula inferitur, quod vnus testis de veritate facti, & duo de partis confessione, plenè

probant, Bart. in dict. l. admonendi. & ibi Ias. dicit hoc communiter * teneri per doct. Paul. de Castro in consilio cccclxxx. volum. j. Decis. Neapo. xij. in antiquis, & Ias. in dict. l. admonendi. & ibi Caccial. numer. 157. & Franc. Cur. senior. numer. 199. * Salyc. qui dicit ita communiter * tenere Doct. in l. admonendi. ff. de iureiurando.

Contrarium Bald. in authent. rogati. C. de test. Rom. in sing. ccij.

Tenendo primam opinionem, quae videtur communis, * dicas secus esse, si vnus testis deponeret de facto, & vnus de confessione, quia isti non iungerentur ad plenam probationem faciendam, sed facerent plusquam semiplenam, vt not. Bald. in Rubr. de controuer. inuest. in l. si ex cautione. in xij. quest. C. de non numer. pec. in l. ij. §. fin. in fin. ff. si cert. pet. in cap. fin. versic. ex cuius dictis. de consuetud. in cap. licet causam. versic. & nota quod singularitas. de probat. in authentic. rogati. C. de test. Corn. consil. lvij. volum. iij. Socin. in cap. final. de iureiurand. Caccialup. in repet. l. admonendi. num. 159. versic. tertius casus: Bald. in l. Publica. ff. de pos. Corn. conf. xiiij. in fin. vol. j. in conf. 100. vol. ij. & in conf. cliij. volum. iij. Ias. in l. admonendi. in ij. lect. Alex. in conf. xx. vol. iij. Aym. conf. lxxiiij.

Contrarium Abb. in c. si. de success. ab intest. qui tenet quod vnus testis de numeratione mutui, vnà cum alio de confessione coniungitur, & idem sentit Fel. in dicto c. cum causam. de probat. dum impugnat differentiam Aret.

Sed hoc exemplum reprobat Ias. in l. admonendi. in repe. & Dec. in c. cum causam. de probat. post Abb. ibi Aret. Bald. in conf. ccxvij. in fin. vol. j. Sal. in l. testium in fin. C. de test. Lofred. in consil. xxvij. Soc. in conf. lxxxix. Caccialup. in l. admonendi. nu. 159. in iij. casu. Lofred. conf. viij. Ruin. consil. lxxij. vol. iij. Curt. Senior in l. admonendi. nu. 190. & seq. qui concludunt, qd vnus testis de numeratione, & vnus de confessione nò cōiunguntur ad probandum mutuum. Cyn. in l. ij. de princ. C. quae sit longa consuetud. Salycet. in l. si ex cautione. in fin. C. de non numer. pec. Alex. in conf. cxxvij. vol. vij.

Sed extra casum contractus mutui, qd vnus testis de contractu, & alter de confessione iungantur, di-